

*Doc. 40 (Robertus primogenitus  
Illustris Ierusalem et Sicilie...)*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 40 (Robertus primogenitus  
Illustris Ierusalem et Sicilie...)*

1304-10-10

Robertus primogenitus illustris Ierusalem et Sicilie.

Dux Calabrie, ac eius in regno Sicilie vicarius generalis. Nobili viro domino Petro de Cutrono, vicario terrarum nostrarum in Apulie fideli paterno et suo. Salutem, et dilectionem sinceram. Volumus et fidelitati vestre precipimus quatenus, de palatio ac terra Lacuspensulis et foresta, hominibus et vassallis, ac iuribus, et pertinentiis eiusdem terre et foreste vos nullatenus intromictentes decetero palatium, terram, et forestam ipsas cum eisdem iuribus et pertinentiis suis nuntio seu procuratori domini Raymundi Berengarii, carissimi fratris nostri seu illi vel illis, cui vel quibus, reverendus dominus genitor noster per suas licteras iniungendum duxerit, dimictatis, et per eos procurari decetero permictatis.

Datum Averse, anno domini MCCCIII, die X octobris III indictionis. Sub signo domini logothete.